

Dithyrambus protrepticus

quo

Musæ, Charites, Naiades, Nereides, Oreadesque
ad Anadema in die natali

SERENISSIMI & POTENTISSIMI ELECTORIS

JO ANNIS GUILIELMI

decorandum invitantur.

Aprilis Decimâ nonâ nova teXite ferta,
ortu Ioannis, Verq[ue], faVorq[ue] Venit.

Surge, Phœbē, plectra tange,
Plaude, Clio, metra pange,
Surge, Flora, pulchriores
Carpe stellas, necte flores,
Colligatur, colligetur, quidquid Hybla parturit.
Plaudat Arnus, plaudat Ister,
Rura plausus sit minister,
Prata Nicri, Dusselæque,
Montiumque, Juliæque,
Margarisque, Rosmarisque, aura veris vestiat.
Sylva Pæsti jam labores,
Mons Hymetti fert odores,

Pom-

Pompa surgat, Vos rosata,
Astra terræ lilieta
In colores, in decores florulentos currite.
Tolle fluctus, in profundis
Quære gemmas, Thetys, undis,
Ferte, Nymphæ, quod nitescit,
Quod coruscat, quod rubescit,
Quæquè fontes, quæquè montes, quæ repletis æquora.
Quidquid hortus fert honorum,
Quidquid æquor dat decorum,
Hippocrene gratiarum,
Ver odorum, Ver rosarum,
Mille dona, quæis corona construatur, necsite.
Fama faustis vulgat alis,
Lux resulget sospitalis,
Lux celebris, Aula, gaude,
Lux serena, Phœbe, plaudite,
Gaudiisquæ, jubilisque templa Pindi perstrepant.
Lux triumphis destinata,
Quâ corona, Rhene, nata,
Nata magni gemma mundi,
Quâquæ bruma visa condit,
Quâ tepentes, & virentes Ver rigant favonii.
Nata ferre fulmen ales
Antecedas huc sodales,

Cujus ortum nunciamus;
Cujus armis militamus,
Sors sit imam, sive prima, est amicus Cæsaris.
Astra rident auspicata,
Spes in hac est luce nata;
Cura cedat inquieta,
Sit trophæis urbs repleta,
Pectus undet, cor abunder, mille mille plausibus.
Ite nubes, ite venti,
Spiret aurâ Ver tepenti,
Insolenti nullus ore
Turbet Eurus regna Floræ;
Prata gratae recreate sibilis Etesia;
Sæva pone turbo bella,
Nexilis florum procella
Veris imber ludibundi
Serta pingat, & secundi
Otientur, & jocentur Aeoli suspiria.
Carpe flores, quos reponam,
Pulchra Chloris, in coronam,
Ferte, Nymphæ, margaritas,
Ferte gemmas, at sagittas
Mortis, Hebe, frange, Phœbe, pelle morbos noxiros.
Cerne Tethyn, cerne, Vates,
Quot ministrat hæc Achates,

b

Quo

Quot pyropos, uniones.
Ut coronam lucee dones,
Quâ colorat, quâ decorat Chloris horti sidera.
Dum profundit dona Ganges,
Docta, Triton, plectra tanges,
Ne propinquent, monstra conde,
Jubilantis carmen, undæ
(Ridet aura, plaudit Aula) funde pleno gurgite,
Momus absit dente teter,
Ecce totus splendet æther,
Omne pandit Ver decorum,
Omne Phœbus fert honorum,
Dulce ludit, dulce cudit, dulce carmen personat,
Lætor, io, sol serenus,
Sol amoenus, luce plenus,
Tethys affert mille dona,
Mille gemmas pro corona,
Aura florum pulchriorum explicavit gloriata.
Quid moramur vota terræ!
Jussit æther, Flora, ferre
Præparatum perge fertum,
Flore, gemmâ, quod refertum,
Hæc, & ille signa mille concatenant plausum.
Moesta sed cur ominaris,
Rhene? vota defer aris.

Noster,

Noster, inquis, Dux abibit,
Regis illud Aula scribit,
Quò sagata, laureata hunc reposcit gloria.
Mentis ægræ tolle luctus,
Et dolorum siste fluctus,
Astra luctus dissipabunt,
Astra fluctus temperabunt,
Hæc feracem, Rhene, pacem, illa reddent Principem.
Terra clamat, dicit unda,
Vive, Princeps, spe secundā,
Astra spondent, non peribis,
Hostis ingens terror ibis
Perquè cædes Mars ad ædes Te vehet Victoria.
Vive, Princeps, vita Rheni,
Sors propinquat fronte leni,
Chara mundi vive gemma,
Surgit in Te grande stemma,
Lux honorum, cor favorum, vive Phœnix Principum.

De natali Serenissimi Electoris.

Ut LUX hæC nIt Ilt, sensI noVa gaIJDla MentiS
SensI, & terra noVas spargere VlSa rosas.

Programma.
JOANNES GJILIELMIJS ELECTOR PALATINUS.

Anagramma.

Tu pellis, uniet uni, o gloria celsa manes.

TU peLLIS LUCtIJs, VICtrIX nos UnIet Uni
FortUna, ô PrInCeps, gLoriA CeLsa Manes.

Aliud.

Aut Sol Imperii luceS, non alite langues.

TU SoL IMperII LUcEs, IoVIs aLte CeLsa
Non LangUes, UngUes, fIJLg UraqUe ILLa gLobat.

Aliud.

Ver legit ille manu, sol canit una poësis.

Ver fIJLgens LegIt ILLe ManU, CanIt Vna Poësis;
SoL, LaUJs, & LaUrUJs PrInCipIs aLta VoLIJnt.

Aliud.

Lilia pone, rosas lusu Clementia junget.

LILLA pone, Rosas LUJs CLeMentia IIJnget,
Has qUerUnt AqUILæ, GALLUJs Ut ILLa CUpIt.

Aliud.

I, en pinges lusu, Me stella coronat, Julia.

I sCeLUs, en plinges LUJs, Me stELLa Coronat.
JULIA, Ver pLaUsUs, IUbILa, Vota, CanIt.

Aliud.

Elogiis Numen, certes, ut Apollinis aula.

Elogiis NUMEN, certes, ut ApOLLInIs aULa

EXCULto VersU PrInClIpIs aUsa Canat.

Chloris

Inviolatam Violarum è Gratiarum horto decerptarum

Purpuram inviolatâ fide consecrat.

Flos hic oculorum risus, floscularum gratia,

Veris amor, areolarum fragrantia.

Violæ fluens ab ore suavis ille anhelitus,

Vel floris ex colore manare dicas coelitus,

Hunc, ubi primum Verna temperies rore fœcundo

Tellurem imprægnavit,

Maritalis pignus connubii

In vernante terræ thalamo natura parturit.

Viola Neoburgico - Palatina cum Violis nata

Omnium ad se venerationem

Blandæ quadam violentiæ trahit.

Labilis est Violarum nitor & purpura,

Virtus & fides Serenissimi est inviolabilis.

Lemma. *nuntia veris.*

ACCEPI VIOLAS, DeCUs InVIOLABILe VerIs,

Has ClIXit VIOLAS InVIOLATA fIDes.

Flos nōvus ivit humo, VIOLÆ nituēre per hortos
Primus veris honos, veris odora seges.
Hoc satis est, Violas qui dixerit, omnia dixit
Cinnama, & Arabiis balsama lecta jugis.
Cum Viola Ducas ortus adest, ea nuntia veris,
JOANNES voluit nuntius esse spei.
Adstitit ad cunas Clio, præsagaquè dixit:
Hæ cunæ patriæ, spemquè, decusquè fovent,
Celari nequeunt Violæ, produntur odore,
Celari nequeunt sidera, prodit honor.

Cyanea

Achatem in Trinacria repertum
Ornando serto delegit.
Pyrrhi Regis Achatem,
Novem Musas cum Apolline referentem
Exoptat animi gratitudo.
Talem tamen offerre voluit,
Per quem tutior, & ditior fiat corona;
Qui flores, & prata, naturâ ludente,
Venisquè versicoloribus, tam distincè adumbrat;
Ut unum lapidem eum esse, vix credatur,
Miraculum potius est, quam gemma,
In quo natura certat cum pictura.
Lemma. Mors pretiosa venenii

Exp[erientia] Jn[ostri]

EX UgnO VIRUS, CharUS ConCLaMat Achates,
Caesaris hostis Is est, qUI TUS hostIs erit.

Dux excelse, Tibi sit Achates fidus Achates,

Gemmarum cumulum gemma vel una facit.

Cum Tamesis, Vahaliquè, colit Tua, Rhenus, & Ister,

Federâ, quæ Ligeris, quæ vereatur Anas.

Te Magnus Leopoldus amat, quem bella tonantem

Mars in Bistonii horruit ipse plagis.

Ibis, at impavidus, quò Te spes certa triumphi,

Vel quò Te læsi Cœsaris ira vocat.

Non Solem tonitru, ferunt neque fulmina, talis

Splendet ubi virtus, virus obesse nequit.

Aglia

Citri florem porrigit sibi dulcissima

Sabæorum, & Arabum odores redolentem,

Quo sertum natale reluceat,

Hunc arbor produxit, (faurum)

In qua candidissimos flores, & omnem suaveolentiam the-

Ut perpetuam Veris felicitatem,

Aureosquè fructus,

Ut fœcundam Autumni fertilitatem,

Quisque miratur,

Dum flos hic oculos moratur,

Meretur inseri coronæ floricomæ.

Lemmas.

XII

Lemma, Autumnum continet de Ver
Ver DeCUs eXornat, CITro, fLos, frUCtUs, In Una Et
SIC, Astraea, TibI est In DUCe nUpta CharIs,
Continet Autumnum, Ver felix continet arbor,
Hesperidum tales vix tulit hortus opes.
Quam bene conveniunt, Citroque videntur in una
Autumnii dives copia, Veris honor,
Tam bene conveniunt, & in uno Principe fulgent
Inconcussa Themis, prodigiosa Charis.
Dos æterna Tuae est Stirpis Clementia, dos est
Justitia, o Princeps, quam bene utræque micas
Majorum irradiat celebres Tua gloria fasces,
Jure quidem minus est, plus pietate regi.
Venus Cypria (mante,
Gratulabunda Serenissimum Electorem veneratur Ada
Reportus hic in Cypro,
Verè naturæ miraculum,
Nitoris sui tanquam ignium societate
Validiores flamas ejaculatur,
Hic habet, quod reliquæ gemmæ omnes,
Solus, quod nulla,
Vel Joanni Guilielmo,
Vel nulli dandus,
In aliis nitor est, in hoc splendor,
Nihil emendatius natura tulit, ars expolivit.

Lemma

Lemma

Lemma. *nil adimas.*

Duplex Chronicum

Te serto non Læsa MaLIs ConstantIa Donat,

O PrInCeps, fateor , Cor aDaMantIs habes.

Flammisquè, & ferro invictus cyclopea ridet

Robora, nec Steropis frangitur ille manu. *

Hoc adamante Tuam , Joannes, dito coronam ,

Pulchrior in dextra gemma fit ista tua.

Non terrere malis, sed contrà audentior urges,

Celsa per angustum gloria tendit iter.

Ure Palatinos, rabies furibunda, penates,

Dux virtute suâ clarior igne tuo est.

Digna coronari virtus, fremat hydra, coronam

Non solum virtus invenit, illa facit.

Euphrosyne

Coronam natalem imperiali corona

voluit coronare,

Dum personat gaudiis totus Gratiarum hortus,

& flores in sertum ele&ti videntur applaudere

natali tanti Electoris festivitatibus

deerat coronæ corona ,

Quæ in coronam electa , & evecta

nomen imperiale substernit devotissimè,

* ita Veteres.

c

& per-

& perpetuum gloriæ meridiem

Lemma. *ipsa corona sibi.*

DUX stabILI rUtILat VIrtUte, * Corona nItore,
FLos pLaCet Iste soLo , DUX pLaCet Iste poLo.
Cæsaris, & Regum celsas imitata coronas ,
Auricomâ fertum fronte corona replet.
Cæsareas in se trabeas suspexit , & ostrum ,
Stirpis in innumeros purpura currit Avos.
Sceptriferæ germen, princeps, Venerabile gentis ,
Magnorumquè Nepos suspiciende Ducum,
Quamvis non sis Rex, potes hoc virtute mereri,
Plus meruisse, minus sceptra tulisse fuit.
Prælucet virtus sceptris, & fama coronis,
Fortunâ minus est, plus pietate coli.

Oreades

Crystallum nullä nube nubilum
natali sociant coronæ ,
æternâ quidem riget hyeme, (ciunt,
ast ei nec omnium aliarum gemmarum colores satisfa-
ut cælum æmuletur, radiis suis, veluti stellis, splendescit,
oculis applica ,
Siderum videbis pulchritudinem,
Coronas, irides, roseta, vireta ,

* *Imperialis.*

colores

colores inimitabiles imitatur.,
oculisque velut speculum occurrens
omnium imaginem reddit gratiorem
ipse gratissimus aspectu,
splendore penè ipsis cælorum facibus lætiore.

Lemma. *candor illæsus*

ILLæsus Candor CrIstaLLI ferta CeLebrat,
DUX sIne Labe IJbet, LIJX sIne nUbe nIter.
Pargemma est speculo, quām pulchros evibrat ignes !
Hic, quod non didicit, bruma laborat opus.
Protea fors credes ? tot discolor induit ora,
Falleris, illæsus stat sine nube nitor.
Si quando frons tristè riget, siquè aspera vox est
Principis : an trepides ? Principis ira brevis.
In medio radians pietas, & gratia vultu
Nil Domino dicunt mitius esse suo.
Lentus is ad poenas, velox ad præmia, laus hæc
Magna est, laus illa est Principis, illa Dei est.

Melpomene

Vultu melleo consecrat Anemonen
hæc inter rigida hortorum hiberna lætior hyemar,
& animatur Vntorum Spiritu.
infrendeant licet, saevaſque barbarasq; intentent minas,

c ij

ridet

ridet illa lætior;
ventisque superior augustum extollit verticem
cedere nescia. (tur,
non uno illa, ut florum plerique, sed variò colore vesti-
nam variis laudibus abundare, florentissimi Principis est.
Cæli, terræquè plaudente theatro
in nullo Principe Religio sanctior, (stantior,
animi fortitudo generosior, adversorum tolerantia con-
zelus fidei ardentior, virtutum omnium cultus incor-
quam in Serenissimo elucescit, (ruptior,
mutatos vidit Imperium multorum animos,
nunquam vidit mutatum Joannem Guilielmum,
semper pro Deo, Cæsare, patria stetit.

Lemma. *mediis flos fulget in Euris.*

DUX, Virtus VI Læta, per aspera surgit In astra,
AneMone nota est, VInClt Ut Ipsa Notos!

Discolor huc Zephyrus tepidis licet advolet alis,
Anemone vultu vernal, ut antè, suo.

Augeat Hippotades fremitus, Boreasquè furores,
Ridet, & in mediis emicat ipsa Notis.

Mars surgat, jactetque minas, acuatque sarissas,
Stat, statuitque Duci iusta trophya Themis.

Ipse Palatinis applaudit collibus Arnus,
Victorem Ligeris dum canit esse Nicrum:

Sequa-

Sequana, vana moves, pomum ferat optimus, inquit;
Hic Vetus ipsa perit, nil Paris ipse potest.

Clymene

Ceruleum ex India Sapphirum attulit,
quem nullæ nubes, nullæ labes exasperant,
hic ipsum cælum fulgore suo provocat,
hilaris color est, nitor nativus,
sine pretio preciosus,
proprio splendore coruscatur,

Tegant nubes cælum, sibi ipsi Sapphirus cælum est,
Sole licet nolente.

Lemma. fert gaudia cordi.

Sapphirus tristis fert gaudia dolorida, nostræ
DUX patriæ pater est, LUX ea plura parit.

Pulcher Sapphirus cœlesti fulgurat ore,
Gaudia fert cordi, tristia quæque fugat.
In quantis meritis, quantaque in luce gubernas,
Quam placet augustæ frontis amicus honos!

Tu patriæ communis amor, Tu tristia quævis
Pellis, Tu nobis Numina blanda facis.
Hic sit ut alta quies, quoties Te publica lassant
Pondera! io, curis tuta stat illa Tuis.

Sic lauros meruisse potes, sic sidera: sic Te
Patria, Dux, Dominum gaudet, & esse Patrem:

c iij

Thalia

Thalia

Heliotropium Electori Serenissimo destinat.

Flos hic licet solo sit affixus,

Non deserit solem,

è nobilior,

quò mobilior ejusdem radios sequitur,

quot proles, soles tot parit ipse solo.

floris hujus æmulus est Serenissimus Elector;

hunc pietas lactavit in cunis,

religio fovit in ulnis,

virtus erudit in scholis,

non cum Deo divisit, sed conjunxit Imperium,

nusquam imperare se ratus,

nisi ubi Christus imperat.

Lemma. *cælestes sequitur motus.*

**SoLseqUI soLUs soL, Ver, Cor, gLoRia, VIta est,
PrInCeps, VIve, soLet CUI DeCUS esse DeUs.**

Te video, Clytie, quamvis radicibus hæres,

Nunc quoque dilecti Solis amore trahi.

Sol moritur? langues, oritur? rediviva resurgis,

Magnus amor Solis, major amoris amor.

Relligio sincera Ducis miratur amorem,

Sequè cupit tanto vindice diva coli.

Huic regnat, quem regna timent, quem suspicit unum,

Hunc

Hunc amat, & mores induit Aula pios.
Sic habitare bonum est, & sic regnare decorum;
Dum pietas illum, qui regit, ipsa regit.

Amphitrite

in ornatum coronæ pyropum eligit,
parem, si non superiorem splendore
his, quos Rex Peganus in vanam suæ majestatis
ostentationem
innectit regio diademati, coronæque.
nitor ignis est, splendor rosa,
naturæ pretium.
ut pectori, sic ore nescit amor mentiri,
animusque generosus,
ut nec tegi Pyropi flamma,
prodit ignis, amorem, animumquè loquitur.

Lemma. emicat unus.

Est CUnCtas Inter baCCas LUX Chara piropi.
Est AqUILæ præ aLIIs, DUX, TUa nota fIDES.

Si rutili videoas ignesque, rosasque piropi,
Est Solis, dices, omne pyropus opus.
Rhene, Duces inter quis ad aspera promptior arma?
Fœdera, quæ Bæti sunt metuenda, probat.
Cor dedit Odrysius, mea nî præfigia fallunt,
Belligeras quatiet Martia dextra faces.

Dum

Dum viget hic, cunctos peragit mens publica motus;
Imperii columen, lumen & ille Ducum,
Ille Domus caput est, quæ per tot vincula gaudet
Esse Domus Regum, Cæsaris esse Domus.

Pasithea

Decorat Rosâ sertum natale,
cujus inter alios flores regius elucet nitor,
& Spinarum inter aculeos rutilat purpura,
rubi felices, beatæ spinæ,
hanc quæ dignitis, hanc quæ vallatis,
illam sanguine suo tinxit cytherea,
Cælum rore & nectare satiavit,
quis eam coronæ nectere dubitet?
Symbolum, Rosa inter spinas.

Lemma. juncta arma decori.

Chronicum quadruplex.

Non CaDIthæC arMIs, hæC arMa Innata DeCorI,
ArMa DICat PrInCeps, hInC, LeopoLDDe, tIMor

Armat spina Rosas, armatas vincere speres!

Non ita, sed spinas experiere reus.

Si qua proterva manus tentat decerpere florem,
Ingeniosa suos vertit in arma vepres.

Turpis apis, nisi tela gerat, nisi spicula, miles,

Quid Dux, nî turmas ducere possit, erit?

Arma

Arma armis socias, Princeps, justissima, totum
Huc Martem transfers, ut bona causa regat.
Invenient hæc arma viam, non Numinia fallunt,
Cæsare sub Magno cæsa quadriga ruet.

Nais

e roscidis liquoribus natum,
lacteolum inferit unionem coronæ,
tantum Cleopatra non diluisset Antonio.
color ejus gratus, & nitor splendidus,
in contrariam gratiam variat aspectum,
& nives, & rosas alit
preciosum gelu, liquor aridus.

Lemma. dat sociata decus.

UnIt Ut fLores, & baCCas UnIo DIVes,
SIC UnIt pLures UnIo pULChra DIJces.
Unio condecorat niveo splendore coronam,
Gemma aliis gemmis dat sociata decus.
A cælo pretium, raros à rore colores,
A forma laudes, lumine dives, habet.
Cæsareæ felix quod sit fortuna coronæ,
Rumpitur invidiâ, Bufo, Equus, Hydra, Leo.
Invidiæ sed tela crepant, Aquilæquè triumphant,
Dum Mars tot Tecum fœdera pacta videt.

d

Unio

Unio quam pulcher, quam pulchra est unio cordis.
Quâ Tibi, Dux, unit sceptra tot unus amor!

Daphne, Cara polo splendet In orbe Dies.

Genethliacum
Serenissimi & potentissimi
D: JOANNIS GUILIELMI
ELECTORIS PALATINI
decantat Thalia.

*Ut Tibi plaudat honor, flores Invitat Aprilis,
Verque suum sperat Vere nitere Tu.*

Natales rediere Ducis, concurrite Vates,
Et bona solenni dicite verba die.
Nos hilares faustæ lucis celebremus honores,
Dum festos dicit Thesquia turba choros.
Dum licet, Alpheus ibæus, oves oblitus & agnos,
Finget ad undenos dulcia verba pedes.
Thyrsis & immistus colludet rure Napæis,
Nectet & Hyblæis florea ferta rosis.
Et vos ex vitreis caput undis tollite Rheni
Naiades, & comptis visite festa comis.

Cessit

Cessit hyems , hyemisque rigor , bona gaudia fulgent,
Postquè graves nubes surgit amica dies.
Laxentur solitis hodie pallatia curis,
Festivum recitet nobilis Aula melos.
Impleat æthereis delubra sacrata Sacerdos
Officiis , solvens cantica grata Deo.
Delicias fer , Hymete, tuas, da, Phocis, odores,
Da, Parnasse, rūum, da decus, Hybla, tūum.
Adsis purpurei gratissima filia Veris
Flora, para nostro ferta decora Duci.
Cessit hyems , cessere trucis fastidia brumæ,
Blandaque jucundi tempora Veris eunt.
Nunc ridet cæli facies , mensisque , diesque ,
Ille placet Rheno , plus placet ille mihi.
Jactat Creta Jovem , Delos Latonia Phœbum ,
Tu partu nostri , Rhene, tumesce Ducas.
Urbs gemino splendore micat, natoquè superbit
Principe, quam streperis Dussela findit aquis.
Tunc radiis solem toti melioribus orbi
Immortale jubar congerminasse ferunt.
Tunc Lucina favens, tunc junctis Gratia palmis
Adfuit, & Patriæ lux eris, una canit :
Nascere, magne puer, quem se polus omnis in unum
Transfundit, mundo nascere , magne puer.
Ingridere auspiciis nostrum felicibus orbem,

Et redeat sub Te Principe lœta salus.
Nos Tibi natales, Tibi nos gratamur & ortum,
Et canimus veri carmina blanda tuo.
Adsumt Pegasides, fidibusquè decorus Apollo,
Euphrosyne cunas dum salit ante tuas.
Si tristes recreant orientia sidera terras,
Tu nobis fausti sideris instar eris.
Inclita progenies, & magnus nasceris infans,
Aspicit Hæredem Julia tota suum.
Indulget primum lucis Tibi Rhenus honorem,
Et, quo se partu patria jaëtet, habet.
Exultant montes, Neoburgi gloria cresce,
Vince Palatinæ nomina magna Domus.
Tempus erit, Cælo duce cum Comitisquè, Ducisquè
Nomina cum titulis splendidiora leges.
In patriis vernans surget virtutibus ætas,
Hanc certam de Te spem facit esse polus.
Membrorum quondam vigor, & nitor inclytus oris,
Eloquiiquè lepos, ingeniiquè decus,
Illustris facilis gravitas permista sereno,
Mascula majestas, Martis & artis honor,
Quot documenta dabunt, qua sis ab origine natus,
Quæ Tibi lac dederit cum pietate Parens!
Inseret ordinibus Te, Dux, Germania summis,
Imperiique inter Sidera Sidus eris.

Ornabit

Ornabit Paphos alma thorum, & mulcebit amorem
Binâ, sed dignâ conjugē magnus Hymen,
Laurigeri nubet Tibi purpura Cæsarīs, ast hanc
Crudelis Clotho destruet ante diem.
Offeret indè Tibi pulchrum Florentia Florem,
Quem Medicea Domus, lumen ut addat, alet,
In tanta quondam gaudebis Principe, Princeps,
Dum geminos animos uniet unus amor.
Chloridis interea cunas aspergimus astris,
Cingimus & teneris tempora blanda rosis,
Plurima proquè tua sociamuſ vota salute,
Dum properat somnos obsequiosa manus.
Cresce puer, vitæ primordia stella secundat
Candida, nent Parcæ stamina fausta Tibi.
Cresce Palatinæ Stirpis, magniquè Parentis
Gloria, Cæfarei sanguinis altus honor.
Irrue in Ameliæ amplexus, Matrisquè serena
Oscula, Te geminâ pellicit illa manu.
Non numero hîc Atavos, cæli sed præmia miror,
Atque aliquid majus Principis ore colo.
Cerno frontis opes, & gaudeo, totus in illis
Est oculis Genitor, totaquè in ore Parens.
Cerno, Palatini flebunt sine Daphnide montes,
Reddetur Domus hæc Te Duce tota sibi.
Cerno arces, urbes, ferrumquè, & flamma vorabit,

Gaudebis, decori hanc restituisse suo.
Æternis inscribet honor Tua nomina fastis,
Laudesquè extollet grata Camœna Tuas.
Dixerat, applaudunt reliquæ, tonitruquè sonoro
Juppiter æternus singula dicta probat.
Præfagæ quondam circum cunabula Musæ
Quod cecinere melos, fortis id omen erat.
Spem Superi superant, augent præsentia lucem,
Vota favor vincit, Principis ille nitor.
Quale mieat fidus populis! exemplar honesti,
Spes & amor Rheni, delitiæquè Domus,
Imperii columen, cuncti servamur in illo,
Pro nobis vigilat, dum parat arma furor.
Ille Palatinæ reparat dispendia terræ,
Lilia dum Româ judice jure cadunt.
Illi nos curâ fovet, lux illius omnes
Irradiat, monitis illius Aula pia est.
Vivit in exemplum, dum vult præscribere leges,
Quæ jubet, illa facit, quæ facit, illa jubet.
Quæ ratio, pietasquè jubent, ea sola juberi
Vult populo, Themidi quod placet, ille probat.
Religio quodcunque pius, prudentia justum,
Sincerumquè fides judicat, ille colit.
Cælo hortante sub hoc constat reverentia sacris,
Reddita lux Phœbo, reddita templa Deo,

Par-

Parnasso gaudente sub hoc contempta Camœnæ
Colla levant, videt id Dussela, Rura, Nicer.

Laus, Musis aperire viam, preciisque tueri,
Mecœnatis erat, nunc Ducis illa mei est.

Quale addit robur celsæ sapientia menti!
Instructus totâ Pallade, Cirrha, tuâ est.

Quot meritis rutilat Princeps! qui vectus in altum,
Terrarumque Diis mixtus honore micat.

Principis erigimur dextrâ, surgitque potestas.
Amplior, his virtus passibus ire solet.

Sed quò, Phœbe, feror? timidas præconia Musas.
Lassant, his Helicon non satis unus erit.

Obruimur rerum cumulo, facundia venæ
Deficit, in magnis at voluisse sat est.

Nil potui fecisse minus, parnassia latè
Dum, Dux magne, Tuo nomine regna sonant.

Natales, Guilielme, Tuos dum, Rhenus, & Ister,
Erpia, Naus, Arar, Dussela, Rura, canunt.

Una salutantum vox est, concordibus Aulæ
Tripudiis, genius, curia, templa, favent.

Cæfareus Sanguis, magni rediviva Parentis.
Gloria, Joannes vivat, ubique rogant.

Vota vides Patriæ, lœtis applausibus urbes,
Montes, & sylvæ, Panquæ, Dryasque, strepunt.

Et licet in Taurum Sol currat, & occupet annum,

Luccæ

Luce sacrâ passim patria rura vacant.
Maxime Dux , illustre Tuæ decus addite Stirpi ;
Vive triumphatis hostibus , Arnus ait.
Flora Palatinis Violas in vallibus augens :
Quot flores orno , lustra tot , inquit , age .
Juliacis Bellona furit dum proxima campis :
Quot lauros Tibi , Dux , gloria servat ! ait .
Vicini Montes mentes offerre parati :
Quot sylvas , ferimus tot Tibi corda , canunt .
Una exultantum vox est , rege , vive , triumpha ,
Lustraque natalem post duodena colas ,
Templa Tibi sua pandit Honos , Victoria pandat
Et sua , Virtutis dum Tibi templa patent .

Votum

pro serenissimo & potentissimo Electore.

DUX VIVas , regnesq; Ve DIU , sors tota propInq; Uat ,
HoC rUtILans pletas sponDet & aethra Tlbl.

De serenissima Domina Elecrice

MeDICE& CharIs.

Programma.

Anna Maria Aloisia Medicea.

Anagramma.

Eia Asia , cerno aliam Dianam.

CLIO

ad Asiam.

*CLIO gaUDet, Io, DIana reLUCet In AULA;
Virtute, & VULtu CLarior ILLa tuâ est.*

MeDICæ gLorla FLoræ.

Nunc tua mirari miracula desine, Delos,
Non tua, quo se nunc fabula jactet, habet.
Cujus habes eunas, pharetrâque insignis, & arcu,
Diana in sylvis errat, aprosque necat.
Quam nos suspicimus, Diana resulget in Aula,
Clarior illa tuâ est, major & illa tuâ est;
Nupta Palatino illa Duci, Lux maxima Rheni
Emicat, & Domino gaudet adesse suo.
Magni Nata Ducas, sexu sublimius effert
Excelsam mentem, fœmineumque decus.
Virtutum fœcunda, sui laus maxima sæclis,
Omnis in hac fulget Stirpis avitus honor.
Insidit nitidæ facilis clementia fronti,
Assuevit pietas, vitaque pulchra, Deo.
Irradiat celsos majestas patria vultus,
Inquè oculis Princeps fœmina fidus habet.
Junonem tibi pinge, Mycon, tibi, Pallada, Zeuxis,
Hac eadem pingi Numina fronte velint.
Illustres animi dotes quis adumbret Apelles?

Formavit totam, Juno, Minerva, Charis.
Unum Dianæ cum struxerit Asia templum,
Quam bene huic geminum condere posset honor?

Ad serenissimum & potentissimum Electorem
Astræa vindice, Romæ judice,
de frivolis Gallorum pretensionibus triumphantem.

Programma.

Joannes Guilielmus Elector Palatinus.

Anagramma.

Ausonia, Clemens, pro Te, jus Lilia lugent.

AUfsonia, & CLeMens pro te, JUls LILLia LUgent,
HJIC faVet Ipse poLIJs, CJU bona CaUfa faVet.

CLeMens JoannI Dat Læta,
JoannI LUx faUsta faVet, bona CaUfa trIJMphat,
Rhene, VIDes, errat SeqIJana, TlbrIs aIt.

Annus, mensis, & dies, quo sententia definitiva

Romæ fuit pronunciata.

Ter seXtâ FebrUJ TheMIs æthræ LIqUIt Ut Ignes,
Joannes, InqUIt, VInCIs, ID astra JUlbent.

Annus, mensis, dies, quo dicta sententia Dussel-
dorpium fuit allata.

Terque qUaterque sUos Ut In astrIs Legerat artUJs
MartUJs, en tlbIDat JUlbilla grata poLIJs.

Annus.

Annus, & dies, quo varia letitiae signa propter dictam
sententiam Dusseldorfii sunt edita.

Læta, VIDes, præsto, Josephi DJesseLa, festo,
DIXI JUbet, æthra, faVet, qUisIt, ora LaVet.
Roma bonæ caufæ patrona.

VI sâ LItc TlbrIs: qUIC obest? IJ s annUo, CaUsa
QUI potior, potior JUre triUUMphet, alt.
Astræa sententiam Romæ datam approbat.

EX astrIs Astræa reDIJX: Vis perstrepat, InqUit,
CLEMens JoannI, si faVet, astra faVent.
In Aureliam.

Non aUrUM posthaC reVches, APUreLIA, CernUnt
CUncta, PaLatino CaUfa, poLUsqUe faVent.

Ad Astræam.

Sequana non licitas in Nicrum torserat iras,
Et ferro, & flammâ mille pericla minans,
Vis, feritas, strages, incendia, stupra, rapinæ,
Exilium, carcer, nil nisi ludus erant.

Picturas, gemmas, argentea, & aurea vasæ,
Et Bacchi, & Cereris vi rapiebat opes.

Non tulit hoc Tibris, sed ini quis concitus ausis:
Nescio, quis, Galli, vos furor, inquit, agat.

Discite Justitiam moniti, & non temnere Romam,

Quæ Ducis, illa Duci reddo, Deique Deo.
Dussela plaudit, io, facit hoc Ducis optima causa,
Rex fremit, hoc Regis pessima causa facit.
Quæ mens Clementis, tua mens, Astræa, Joanni
Quæ rapuit ferrum, reddidit illa forum.

Ad Aulam.

Decidit Tybris, justa est decisio, Gallus
Decidit in causa, casus is, Aula, juvat.

Ad serenissimum Electorem.

O PrInCeps DILeCte Deo ! Te pLeCtra CeLebrant,
Fert Astræa rosas, Læta trophæa Canens.

Votum ad Eundem.

Te serVet, PrInCeps, faVor, & CLeMentia CaLi,
QUæ CresCIt VotIs LaUrUs UbIqUe tUI.

Ad Palatinatum.

State, PaLatInæ seDes, & CresCite CaLo,
BeLLa CaDent, hostes Conteret hasta potens.

